



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

xxvj. Medicamentum trypherum ad grauedinem capitis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

Ad destillationem capitis remedium.

SI capitis fluxionibus laborat, permultum liquoris per nares emittit. Curabis hoc remedio. Glycyrrhizam contusam & cribratam, cum carne comedendam præbeto. At si destillatio permanet, nardi guttas treis in nares ipsius instillato, ipsumque ad solem horas duas, cum cœlum tranquillum est, exponito. Quod si etiam postero die similiter affectus sit, calentē columbam eodem pulvere sparsam edat, & sanabitur.

Aliud.

Piperis albi, caryophylli, paria pondera trita, parui calami fistula naribus infundatur. Signum ægritudinis ostenditur ex eo, quod aqua defluit ex naribus. Vinum vetus ore sumptum inspirabis similiter in eius nares; ipsumque in sole statues.

Medicamentum trypherum ad grauedinem capitis.

BACCAS lauri septem, pediculariæ grana quinque, allij exiguum, cumini quod satis est, opobalsami sextantem, mellis ligulam. hæc mortario contusa, & cribro excreta, liquidis permisceto, diligenterque accipitris palatum linito.

Aridum